

**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;  
ac amittendi modos breuiter continens**

**Viviani, Giuliano**

**Romae, 1620**

Cap. 16. Beneficium iurispatronatus nunquid dari possit in commendam, &  
an habens instituere possit instituere absq[ue] patronorum  
præsentatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Beneficium iurispatronatus nunquid dari possit in  
Commendam, & an habens instituere  
possit instituere absque patrono:  
rum præsentatione.

S V M M A R I V M .

- 1 Beneficium patronatum  
non potest dari in Commen-  
dam sine consensu patroni.
- 2 Casus, in quibus Superior  
potest instituere sine patroni  
præsentatione.
- 3 Præsentatus si ob scanda-  
lum non sit instituendus, alius  
non præsentatus instituitur.
- 4 Vel si præsentatus sit in-  
dignus.
- 5 Vel quando præsentatio nō  
est facta intra debitum tem-  
pus.
- 6 Vel quando lis non est fi-  
nita intra debitum tempus.
- 7 Vel quando paritas est in-  
ter præsentatos, tunc Superior  
instituit quem vult.
- 8 Vel quando Superior motu  
proprio patronum instituit.
- 9 Deuolutio fit ad Episco-

pum, seu inferiorem habentem  
instituere.

- 10 Et tunc debet conferre se-  
cundum naturam fundatio-  
nis.
- 11 Superior habens instituere,  
extincto iurepatronatus fit  
collator beneficij.

**B**eneficium iurispatrona-  
tus t non potest dari in  
Commendam perpetuam  
absque patroni consensu. Io.  
Andr. & alij in cap. nemo de-  
elect. lib. 6. Et insuper no-  
tes, quod t habens instituere  
aliquando potest instituere  
absque aliqua patronorum  
præsentatione in pluribus ca-  
sibus relatis à Lamb. de iure-  
patr. lib. 2. par. 3. quæst. 7. ar-  
tic. 2. 3. & sequentibus.

- 3 Primus est t casus, quando  
præsentatus non potest insti-  
tui

254 Pars II.Lib.XII.Cap.XVI

tui ob scandalum, tunc enim  
instituitur alias non præsen-  
tatus.

- 4 Secundus est † casus, quan-  
do patroni scienter præsentet  
indignum.
- 5 Tertius, quando † patro-  
ni non præsentant intra tem-  
pus eis à iure concessum ad  
præsentandum.
- 6 Quartus est † si lis non sit  
terminata infra debitum tem-  
pus, nisi obstet generalis con-  
suetudo.
- 7 Quintus, quando † adeat  
paritas inter præsentatos, tūc  
enim superior instituit quem  
vult ex præsentatis.
- 8 Sextus est † casus, quan-  
do Episcopus motu proprio  
absque præsentatione insti-  
tuit patronum egenū, vt per  
Abb. in cap. per nostras. vbi  
Doctor. de iurepatronat.

- 9 Sciendū est † insuper, quod  
in casu devolutionis, devolu-  
tio fit ad Episcopum, vel ad  
inferiorem habentem ius in-  
stituendi, Abb. in cap. cum

vos. post principium. de of-  
fic. ordin. Rocch. de Curte.  
de iurepatronat. in verbo, ho-  
norificum. quæst. 33. & Lam-  
bertin. vbi supra. art. 11. In  
materia deuolutionis vide  
Farinac. parte 2. tomo 1. de-  
cis. 186. & Card. Manticam  
decis. 260. & Card. Seraphin.  
decis. 1173. 1270. 1309. &  
1363. Talis tamen ad quem  
† fit † deuolutorio, debet benefi-  
cium conferre secundum na-  
turam appositam in funda-  
tione. Felin. in cap. cum ac-  
cessissent. colum. 7. de con-  
stitut. Rocch. de Curte vbi su-  
pra. quæst. 3. col. 1. & Lam-  
bertin. vbi supra. artic. 13.  
11 Eadem ratione † extincto iu-  
repatornatus, quia nullus sit  
hæres patroni ius, conferen-  
di tale beneficium remanet  
penes habentem instituere  
Episcopum, vel inferiorem  
Prælatum. Abb. in capit. 1.  
numero decimo de electio.  
& Lambertin. vbi supra. ar-  
ticulo 12.

L I-